**I ANSWER THAT,** “a particular thing,” properly speaking, designates an individual in the genus of substance. For the Philosopher says that first substances undoubtedly signify particular things; second substances, indeed, although they seem to signify particular things, rather signify the specific essence.<sup>31</sup> Furthermore, an individual in the genus of substance is capable not only of subsisting of itself, but is also a complete entity belonging to a definite species and genus of substance.<sup>32</sup> Wherefore the Philosopher also calls

23. Pseudo-Dionysius, *On the Divine Names*, ch. 7, para. 3 (*Patrologia Graeca* [PG] 3:870–72); cf. Aquinas, *In II Sent.*, d. 39, q. 3, a. 1, resp.; SCG II.68; III.97.

24. That is, those having less perfection.

25. That is, those having greater perfection.

26. Cf. SCG II.56, obj. 5.

27. Aristotle, *On the Soul* 3.4, 429a18–27; 430a17–25; cf. Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 1, lect. 10; bk. 3, lect. 1.

28. Cf. SCG II.59, 60, 73; ST I.76.1, resp.; *On the Unity of the Intellect*, ch. 3; *On Spiritual Creatures*, a. 9, resp.

29. Aristotle, *On the Soul* 3.4, 429a24–27.

30. Cf. Aristotle, *Nicomachean Ethics* 10.7, 1177a17; Aquinas, *Commentary on the Nicomachean Ethics*, bk. 10, lect. 10; ST I.76.1, resp.

31. Aristotle, *Categories* 5, 3b10–23; 2a10.

32. Cf. Aristotle, *Metaphysics* 7.5, 1031a1–2; Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 1.

manus, pedes et huiusmodi nominat partes substantiarum magis quam substantias primas vel secundas, quia licet non sint in alio sicut in subiecto, quod proprium substantiae est, non tamen participant complete naturam alicuius speciei. Unde non sunt in aliqua specie neque in aliquo genere nisi per reductionem.

Duobus igitur existentibus de ratione eius quod est hoc aliquid, quidam utrumque animae humanae abstulerunt, dicentes animam esse harmoniam, ut Empedocles, aut complexionem, ut Galienus, aut aliquid huiusmodi. Sic enim anima neque per se subsistere poterit, neque erit aliquid completum in aliqua specie vel in aliquo genere substantiae, sed erit forma tantum, similis aliis materialibus formis.

Sed haec positio stare non potest. Nec quantum ad animam vegetabilem, cuius operationes oportet habere aliquod principium supergrediens qualitates passivas et activas, quae in nutriendo et augendo se habent instrumentaliter tantum, ut probatur in 2 *De anima*; complexio autem et harmonia qualitates elementares non transcendunt. Similiter autem non potest stare quantum ad animam sensibilem, cuius operationes sunt in recipiendo species sine materia, ut probatur in 2 *De anima*, cum tamen qualitates activae et passivae ultra materiam se non extendant, utpote materiae dispositiones existentes. Multo autem minus potest stare quantum ad animam rationalem, cuius operationes sunt in abstrahendo species non solum a materia sed ab omnibus conditionibus materialibus individuandis, quod requiritur ad cognitionem universalis.

Sed adhuc aliquid amplius proprie in anima rationali considerari oportet, quia non solum absque materia et conditionibus materiae species intelligibiles recipit, sed nec etiam in eius propria operatione possibile est communicare aliquod organum corporale, ut sic aliquid corporeum sit organum intelligendi, sicut oculus est organum videndi, ut probatur in 3 *De anima*. Et sic oportet quod anima intellectiva per se agat, utpote propriam operationem habens absque corporis communicatione. Et quia unumquodque agit secundum quod est in actu, oportet quod anima intellectiva habeat esse per

a hand and a foot and things of this sort parts of substances rather than first or second substances.<sup>33</sup> For although they do not exist in another as a subject, which is characteristic of a substance, they still do not possess completely the nature of a species. Hence, they belong to a species or to a genus only by reduction.<sup>34</sup>

Now some men have denied that the human soul possesses these two real characteristics belonging to a particular thing by its very nature because they said that the soul is a harmony, as Empedocles did,<sup>35</sup> or a combination of the elements, as Galen did, or something of this kind.<sup>36</sup> For then the soul will neither be able to subsist of itself, nor will it be a complete thing belonging to a species or genus of substance, but will be a form similar only to other material forms.

But this position is untenable as regards the vegetative soul, whose operations necessarily require some principle surpassing the active and passive qualities of the elements, which play only an instrumental role in nutrition and growth, as is proved in *On the Soul* 2.<sup>37</sup> Moreover, a combination and a harmony do not transcend the elemental qualities. This position is likewise untenable as regards the sensitive soul, whose operations consist in receiving species separated from matter, as is shown in *On the Soul* 2.<sup>38</sup> For inasmuch as active and passive qualities are dispositions of matter, they do not transcend matter. Again, this position is even less tenable as regards the rational soul, whose operation consists in understanding, and in abstracting species not only from matter, but from all individuating conditions, this being required for the understanding of universals.<sup>39</sup>

However, in the case of the rational soul, something of special importance must still be considered because not only does it receive intelligible species without matter and material conditions, but it is also quite impossible for it, in performing its proper operation, to have anything in common with a bodily organ, as though something bodily might be an organ of understanding, just as the eye is the organ of sight, as is proved in *On the Soul* 3.<sup>40</sup> Thus, the intellectual soul, inasmuch as it performs its proper operation without communicating in any way with the body, must act of itself. And because a thing acts so far as it is actual,<sup>41</sup>

33. Aristotle, *Categories* 5, 3a28–31.

34. Cf. *ST* I.75.2, ad 1–2.

35. Cf. Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 1, lect. 9; SCG II.64.

36. Cf. Nemesius, *On the Nature of Man*, ch. 2; SCG II.63.

37. Aristotle, *On the Soul* 2.4, 415b28; 416b17–30.

38. Aristotle, *On the Soul* 2.12, 424a16–24.

39. Cf. Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 12.

40. Aristotle, *On the Soul* 3.4, 429a24–27.

41. Cf. Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 3, lect. 1; *Commentary on Aristotle's On Sense and What Is Sensed*, tract. 1, ch. 9.

se absolutum, non dependens a corpore. Formae enim quae habent esse dependens a materia vel subiecto non habent per se operationem. Non enim calor agit, sed calidum.

Et propter hoc posteriores philosophi iudicaverunt partem animae intellectivam esse aliquid per se subsistens. Dicit enim Aristoteles in 1 *De anima* quod intellectus videtur esse substantia quaedam et non corrumpi. Et in idem redit dictum Platonis, ponentis animam immortalem et per se subsistentem ex eo quod movet se ipsam. Large enim accipit motum pro omni operatione, ut sic intelligatur quod intellectus movet se ipsum quia se ipso operatur. Sed ulterius posuit Plato quod anima non solum per se subsisteret, sed quod etiam haberet in se completam naturam speciei. Ponebat enim totam naturam speciei in anima esse, diffiniens hominem non aliquid compositum ex anima et corpore, sed animam corpore utentem, ut sit comparatio animae ad corpus sicut nautae ad navem, vel sicut induti ad vestem.

Sed haec positio stare non potest. Manifestum est enim id quo vivit corpus animam esse. Vivere autem est esse viventium. Anima ergo est quo habet corpus humanum esse actu. Huiusmodi autem forma est. Est igitur anima humana corporis forma. Iterum, si anima esset in corpore sicut nauta in navi, non daret speciem neque corpori neque partibus eius; cuius contrarium apparet ex hoc quod, recedente anima, singulae partes corporis non retinent pristinum nomen nisi aequivoce. Dicitur enim oculus mortui aequivoce oculus, sicut pictus aut lapideus, et simile est de aliis partibus. Et praeterea, si anima esset in corpore sicut nauta in navi, sequeretur quod unio animae et corporis esset accidentalis. Mors igitur, quae significat eorum separationem, non esset corruptio substantialis, quod patet esse falsum. Relinquitur igitur quod anima est hoc aliquid ut per se potens subsistere, non quasi habens in se completam speciem,

the intellective soul must have a complete act of existing in itself, depending in no way on the body.<sup>42</sup> For forms whose act of existing depends on matter or on a subject do not operate of themselves. Heat, for instance, does not act, but something hot.

For this reason, the later Greek philosophers came to the conclusion that the intellective part of the soul is a self-subsisting thing. For the Philosopher says that the intellect is a substance, and is not corrupted.<sup>43</sup> The teaching of Plato, who maintains that the soul is incorruptible and subsists of itself, in view of the fact that it moves itself, amounts to the same thing.<sup>44</sup> For he took "motion" in a broad sense to signify every operation; hence, he understands that the soul moves itself because it moves itself by itself. But elsewhere, Plato maintained that the human soul not only subsists of itself but also has the complete nature of a species.<sup>45</sup> For he held that the complete nature of the human species is found in the soul, saying that a man is not a composite of soul and body, but a soul joined to a body in such a way that it is related to the body as a pilot is to a ship, or as one clothed to his clothing.<sup>46</sup>

However, this position is untenable because it is obvious that the soul is the reality which gives life to the body. Moreover, vital activity is the act of existing of living things. Consequently, the soul is that which gives the human body its act of existing. Now a form is of this nature.<sup>47</sup> Therefore, the human soul is the form of the body. But if the soul were in the body as a pilot is in a ship, it would give neither the body nor its parts their specific nature. The contrary of this is seen to be true because when the soul leaves the body, the body's individual parts retain their original names only in an equivocal sense. For the eye of a dead man, like the eye of a portrait or that of a statue, is called an eye equivocally;<sup>48</sup> and similarly for the other parts of the body. Furthermore, if the soul were in the body as a pilot in a ship, it would follow that the union of soul and body would be an accidental one. Then death, which brings about their separation, would not be a substantial corruption, which

42. Cf. Aquinas, *In I Sent.*, d. 8, q. 5, a. 2, ad 1; *On the Power of God*, q. 3, a. 9, resp.

43. Aristotle, *On the Soul* 3.5, 430a23–24; 1.4, 408b18–19.

44. Plato, *Phaedrus* 245c–e; cf. Macrobius, *Commentary on the Dream of Scipio*, bk. 2, ch. 13, nn. 9–11; Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 1, lect. 10; bk. 3, lect. 6.

45. Plato, *Alcibiades* 129b–131e.

46. Cf. Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 2; Nemesius, *On the Nature of Man*, ch. 1.

47. Cf. SCG II.59; ST I.76.1, resp.; *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 4, n. 271; *On the Unity of the Intellect*, cc. 1, 3.

48. Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.1, 412b13–15; 412b20–21; *Metaphysics* 7.10, 1035b24–25; 7.11, 1036b30–36.

sed quasi perficiens speciem humanam ut est forma corporis. Et sic simul est forma et hoc aliquid.

Quod quidem ex ordine formarum naturalium considerari potest. Invenitur enim inter formas inferiorum corporum tanto aliqua altior quanto superioribus principiis magis assimilatur et appropinquatur. Quod quidem ex propriis formarum operationibus perpendi potest. Formae enim elementorum, quae sunt infimae et materiae propinquissimae, non habent aliquam operationem excedentem qualitates activas et passivas, et rarum et densum et alia huiusmodi, quae videntur esse materiae dispositiones. Super has autem sunt formae mixtorum corporum, quae praeter praedictas operationes habent aliquam operationem consequentem speciem quam sortiuntur ex corporibus caelestibus, sicut quod adamas attrahit ferrum, non propter calorem aut frigus aut aliquid huiusmodi, sed ex quadam participatione virtutis caelestis. Super has autem formas sunt iterum animae plantarum, quae habent similitudinem non solum ad ipsa corpora caelestia sed ad motores ipsorum, in quantum sunt principia cuiusdam motus, quibusdam se ipsa moventibus. Super has autem sunt ulterius animae brutorum, quae similitudinem iam habent ad substantiam moventem caelestia corpora, non solum in operatione qua movent corpora sed etiam in hoc quod in se ipsis cognoscitivae sunt, licet brutorum cognitio sit materialium tantum et materialiter, unde organis corporalibus indigent. Super has autem ultimo sunt animae humanae, quae similitudinem habent ad superiores substantias etiam in genere cognitionis, quia immaterialia cognoscere possunt intelligendo. In hoc tamen ab eis deficiunt, quod cognitionem immaterialem intellectus ex cognitione quae est per sensum materialium animae humanae naturam acquirendi habent.

Sic igitur ex operatione animae humanae modus esse ipsius cognosci potest. In quantum enim habet operationem materialia transcendentem, esse etiam suum est supra corpus elevatum, non dependens ex ipso. In quantum vero immaterialem cognitionem ex materiali nata est acquirere, manifestum est quod complementum suae speciei esse non potest absque corporis unione. Non enim aliquid completum est in specie nisi habeat ea quae

is clearly false. So it follows that the soul is a particular thing, and that it can subsist of itself, not as a thing having a complete species of its own, but as completing the human species by being the form of the body.<sup>49</sup> Hence, it likewise follows that it is both a form and a particular thing.

Indeed, this can be shown from the order of natural forms.<sup>50</sup> For we find among the forms of lower bodies that the higher a form is, the more it resembles and approaches higher principles. This can be seen from the proper operation of forms. For the forms of the elements, being lowest and nearest to matter, possess no operation surpassing their active and passive qualities, such as rarefaction and condensation, and the like, which appear to be material dispositions. Over and above these forms are those of the mixed bodies, and these forms have, in addition to the above mentioned operations, a certain activity, consequent upon their species, which they receive from the heavenly bodies. The magnet, for instance, attracts iron not because of its heat or its cold or anything of this sort, but because it shares in the powers of the heavens.<sup>51</sup> Again, surpassing these forms are the souls of plants, which resemble not only the forms of earthly bodies but also the movers of the heavenly bodies inasmuch as they are principles of a certain motion, themselves being moved. Still higher are brute beasts' forms, which now resemble a substance moving a heavenly body not only because of the operation whereby they move bodies but also because they are capable of knowledge, although their knowledge is concerned merely with material things and belongs to the material order, for which reason they require bodily organs. Again, over and above these forms, and in the highest place, are human souls, which certainly resemble superior substances with respect to the kind of knowledge they possess because they are capable of knowing immaterial things by their act of understanding. However, human souls differ from superior substances inasmuch as the human soul's intellectual power, by its very nature, must acquire its immaterial knowledge from the knowledge of material things attained through the senses.

Consequently, the human soul's mode of existing can be known from its operation. For inasmuch as the human soul has an operation transcending the material order, its act of existing transcends the body and does not depend on the body. Indeed, inasmuch as the soul is naturally capable of acquiring immaterial knowledge from material things, evidently its species can be complete only when it is united to a body. For a thing's species is complete only if it has

49. Cf. Aquinas, *In III Sent.*, d. 5, q. 3, a. 2, ad 1, 3; *ST I.75.2*, ad 1; *On Spiritual Creatures*, a. 2, ad 5, ad 16; *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 1.

50. Cf. Nemesius, *On the Nature of Man*, ch. 1.

51. Cf. Aristotle, *On the Soul* 1.2, 405a19–21; Averroes (Ibn Rushd, 1126–1198 AD), *Long Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 1, comm. 32; Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 1, lect. 5.

requiruntur ad propriam operationem speciei. Sic igitur anima humana in quantum unitur corpori ut forma et tamen habet esse elevatum supra corpus, non dependens ab eo, manifestum est quod ipsa est in confinio corporali et separatarum substantiarum constituta.

**AD PRIMUM** ergo dicendum quod licet anima habeat esse completum, non tamen sequitur quod corpus ei accidentaliter uniatur, tum quia illud idem esse quod est animae communicatur corpori ut sit unum esse totius compositi, tum etiam quia etsi possit per se subsistere non tamen habet speciem completam, sed corpus advenit ei ad complementum speciei.

**AD SECUNDUM** dicendum quod unumquodque secundum idem habet esse et individuationem. Universalia enim non habent esse in rerum natura ut universalia sunt, sed solum secundum quod sunt individuata. Sicut ergo esse animae est a Deo sicut a principio activo, et est in corpore sicut in materia, nec tamen esse animae perit pereunte corpore, ita etiam individuatione animae, etsi aliquam relationem habeat ad corpus, non tamen perit corpore pereunte.

**AD TERTIUM** dicendum quod anima humana non est hoc aliquid sicut substantia completam speciem habens, sed sicut pars habentis speciem completam, ut ex dictis patet. Unde ratio non sequitur.

**AD QUARTUM** dicendum quod licet anima humana per se possit subsistere, non tamen per se habet speciem completam. Unde non posset esse quod animae separatae constituerent unum gradum entium.

**AD QUINTUM** dicendum quod corpus humanum est materia proportionata animae humanae. Comparatur enim ad eam ut potentia ad actum. Non tamen oportet quod ei adaequetur in virtute essendi, quia anima humana non est forma a materia totaliter comprehensa, quod patet ex hoc quod aliqua eius operatio est supra materiam. Potest tamen aliter dici secundum sententiam fidei quod corpus humanum in principio aliquo modo incorruptibile constitutum est, et per peccatum necessitatem moriendi incurrit, a qua iterum in resurrectione

the things necessary for the proper operation of its species. Consequently, if the human soul, inasmuch as it is united as a form to the body, has an act of existing which transcends the body and does not depend on it, obviously the soul itself is established on the boundary line dividing corporeal from separate substances.<sup>52</sup>

**REPLY OBJ. 1:** Although the soul has a complete act of existing of its own, it does not follow that the body is united to it accidentally: first, because the same act of existing that belongs to the soul is conferred on the body by the soul so that there is one act of existing for the whole composite;<sup>53</sup> second, because, while the soul can subsist of itself, it does not have a complete species, for the soul needs the body in order to complete its species.

**REPLY OBJ. 2:** The act of existing and individuation of a thing are always found together. For universals do not exist in reality inasmuch as they are universals, but only inasmuch as they are individuated. Therefore, although the soul receives its act of existing from God as from an active principle, and exists in the body as in matter, nevertheless the soul's act of existing does not cease when the body corrupts, nor does the soul's individuation cease when the body corrupts, even though it has a relationship to the body.<sup>54</sup>

**REPLY OBJ. 3:** The human soul is not a particular thing as though it were a substance having a complete species in itself, but inasmuch as it is part of a thing having a complete species, as is clear from what has been said. Therefore, the conclusion in the objection is false.

**REPLY OBJ. 4:** Although the human soul subsists of itself, it does not have a complete species in virtue of its very nature. Consequently, souls existing apart from bodies cannot constitute a distinct grade of being.<sup>55</sup>

**REPLY OBJ. 5:** The human body is the matter proportioned to the human soul, for the body is related to the soul as potentiality is to act. However, as regards its capacity for existing, the soul need not be on a par with the body, because the human soul is not a form totally embraced by matter. This is evident from the fact that one of the soul's operations transcends matter. However, another explanation can be given in accordance with the position of faith, namely, that in the beginning the human body was in some way created incorruptible and incurred the necessity

52. Cf. Nemesius, *On the Nature of Man*, ch. 1; *The Book of Causes*, propositions 2, 8; Aquinas, *In IV Sent.*, d. 50, q. 1, a. 1; SCG II.68, 81, 91; III.61; IV.55; *Quodlibet III*, q. 9, a. 1; *On Spiritual Creatures*, a. 2; *On the Unity of the Intellect*, ch. 1.

53. Aquinas, *In I Sent.*, d. 8, q. 5, a. 2, ad 2; cf. ST I.76.1, ad 5; *On the Unity of the Intellect*, ch. 1.

54. See Aristotle, *Metaphysics* 5.6, 1016b32; 7.8, 1034a5–8; 7.10, 1035b30; 10.3, 1054a33; 10.9, 1058b5; 12.8, 1074a33; Avicenna, *De anima*, part 5, ch. 3; Aquinas, *In I Sent.*, d. 8, q. 5, a. 2, ad 6; *On the Power of God*, q. 3, a. 10, ad 16; SCG II.81.

55. Cf. Aquinas, *In III Sent.*, d. 5, q. 3, a. 2; *On the Power of God*, q. 3, a. 10, resp.; ST I.75.4, ad 2.

liberabitur. Unde per accidens est quod ad immortalitatem animae non pertingit.

**AD SEXTUM** dicendum quod anima humana, cum sit subsistens, composita est ex potentia et actu, nam ipsa substantia animae non est suum esse, sed quod comparatur ad ipsum ut potentia ad actum. Nec tamen sequitur quod anima non possit esse forma corporis, quia etiam in aliis formis id quod est ut forma et actus in comparatione ad unum est in comparatione ad aliud ut potentia, sicut diaphanum quod formaliter advenit aeri tamen est in potentia respectu luminis.

**AD SEPTIMUM** dicendum quod animae unitur corpus et propter bonum quod est perfectio substantialis, ut scilicet compleatur species humana, et propter bonum quod est perfectio accidentalis, ut scilicet perficiatur in cognitione intellectiva, quam anima acquirit ex sensibus. Hic enim modus intelligendi est naturalis homini. Nec obstat si animae separatae puerorum aut aliorum hominum alio modo intelligendi utuntur, quia magis competit eis ratione separationis quam ratione speciei humanae.

**AD OCTAVUM** dicendum quod non est de ratione eius quod est hoc aliquid quod sit ex materia et forma compositum, sed solum quod possit per se subsistere. Unde, licet compositum sit hoc aliquid, non tamen removetur quin possit aliis competere quod sint hoc aliquid.

**AD NONUM** dicendum quod in alio esse sicut accidens in subiecto tollit rationem eius quod est hoc aliquid. Esse autem in alio sicut partem, quomodo anima est in homine, non omnino excludit quin id quod est in alio possit hoc aliquid dici.

**AD DECIMUM** dicendum quod corrupto corpore non perit ab anima natura secundum quam competit ei ut sit forma, licet non perficiat materiam actu ut forma.

**AD UNDECIMUM** dicendum quod intelligere est propria operatio animae si consideretur principium a quo egreditur operatio. Non enim egreditur ab anima mediante organo corporali, sicut visio mediante oculo. Communicat tamen in ea corpus ex parte obiecti, nam

of dying through sin, from which necessity it will be freed once again at the resurrection.<sup>56</sup> Hence, it is accidental that the body does not share in the incorruptibility of the soul.

**REPLY OBJ. 6:** Since the human soul is a subsisting being, it is composed of potentiality and act. For the substance itself of the soul is not its own act of existing, but is related to its act of existing as potentiality is to act.<sup>57</sup> However, it does not follow that the soul cannot be the form of the body, because, even in the case of other forms, whatever is like form and act in relation to one thing is like potentiality in relation to something else; just as transparency is formally present to the atmosphere, which is in potency in relation to light.<sup>58</sup>

**REPLY OBJ. 7:** The soul is united to the body both for a good which is a substantial perfection, namely, the completion of the human species,<sup>59</sup> and for a good which is an accidental perfection, namely, the perfecting of the soul in intellectual knowledge which it acquires from the senses;<sup>60</sup> for this mode of understanding is natural to man. Nor is this position rendered untenable if the separated souls of infants and those of other men employ a different mode of understanding, for these souls are capable of such understanding rather by reason of being separated from the body than by reason of their human species.

**REPLY OBJ. 8:** It is not of the very account of a particular thing to be composed of matter and form, but only to be capable of subsisting in itself. Consequently, although a composite is a particular thing, this does not prevent other beings<sup>61</sup> from being particular things.

**REPLY OBJ. 9:** For a thing to exist in another as an accident in a subject prevents that thing from having the account of a particular thing. However, for a thing to exist in another as part of it—and the soul exists in man in this way—does not altogether prevent a thing having such an existence from being called a particular thing.

**REPLY OBJ. 10:** When the body is corrupted, the soul does not lose the nature which belongs to it as a form, despite the fact that it does not in act perfect matter as a form.

**REPLY OBJ. 11:** Understanding is the operation proper to the soul, if the soul is considered to be the principle from which the operation flows, for this operation is not exercised by the soul through some bodily organ as sight is exercised through the eye. Nevertheless, the body shares

56. Cf. Romans 5:12.

57. See below: q. 6, resp.; Aquinas, *On Spiritual Creatures*, a. 1.; ST I.75.5, resp., ad 4.

58. Aristotle, *On the Soul* 2.7, 418b9–10; Averroes, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, comm. 69; Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 14.

59. Cf. Aquinas, *On Spiritual Creatures*, a. 2, ad 5.

60. Cf. SCG II.83; ST I.50.1, resp.

61. That is, those not composed of matter and form.



phantasmata, quae sunt obiecta intellectus, sine corporeis organis esse non possunt.

**AD DUODECIMUM** dicendum quod etiam anima aliquam dependentiam habet ad corpus in quantum sine corpore non pertingit ad complementum suae speciei. Non tamen sic dependet a corpore quin sine corpore possit esse.

**AD TERTIUM DECIMUM** dicendum quod necesse est, si anima est forma corporis, quod animae et corporis sit unum esse commune quod est esse compositi. Nec hoc impeditur per hoc quod anima et corpus sint diversorum generum, nam neque anima neque corpus sunt in specie vel genere nisi per reductionem, sicut partes reducuntur ad speciem vel genus totius.

[13 bis. Deest solutio.]

**AD QUARTUM DECIMUM** dicendum quod id quod proprie corrumpitur non est forma neque materia neque ipsum esse, sed compositum. Dicitur autem esse corporis corruptibile in quantum corpus per corruptionem deficit ab illo esse quod erat sibi et animae commune, quod remanet in anima subsistente. Et pro tanto etiam dicitur ex partibus consistens esse corporis, quia ex suis partibus corpus constituitur tale ut possit ab anima esse recipere.

**AD QUINTUM DECIMUM** dicendum quod in definitionibus formarum aliquando ponitur subiectum ut informe, sicut cum dicitur *motus est actus existentis in potentia*. Aliquando autem ponitur subiectum formatum, ut cum dicitur *motus est actus mobilis et lumen est actus lucidi*. Et hoc modo dicitur anima actus corporis organici physici, quia anima facit ipsum esse corpus organicum sicut lumen facit aliquid esse lucidum.

**AD SEXTUM DECIMUM** dicendum quod principia essentialia alicuius speciei ordinantur non ad esse tantum, sed ad esse huius speciei. Licet igitur anima possit per se esse, non tamen potest in complemento suae speciei esse sine corpore.

**AD SEPTIMUM DECIMUM** dicendum quod licet esse sit formalissimum inter omnia, tamen est maxime communicabile, licet non eodem modo ab inferioribus

in this operation on the side of the object, for phantasms, which are the objects of the intellect, cannot exist without bodily organs.

**REPLY OBJ. 12:** Although the soul has some dependence on the body, inasmuch as the soul's species is not complete without the body, the soul does not depend on the body in such a way that it cannot exist without the body.

**REPLY OBJ. 13:** If the soul is the form of the body, the soul and the body must have one common act of existing, which is the act of existing of the composite. Nor is this prevented by the fact that the soul and the body belong to two different genera, for the soul and the body belong to the same species or genus only by reduction, just as the parts of a whole are reduced to the species or genus of the whole.<sup>62</sup>

[No Reply to Objection 13b is provided.]<sup>63</sup>

**REPLY OBJ. 14:** The thing that is properly corrupted is neither the form nor the matter, nor the act of existing itself, but the composite. Moreover, the body's act of existing is said to be corruptible inasmuch as the body by corrupting is deprived of the act of existing which it possessed in common with the soul, and this act of existing remains in the subsisting soul. The same thing is to be said for the parts composing the body, because the body is constituted of its parts in such a way that it can receive its act of existing from the soul.

**REPLY OBJ. 15:** Sometimes in the definitions of forms a subject is considered independently of its form, as when it is said that *motion is the act of a being in potentiality*.<sup>64</sup> Sometimes, however, the subject is regarded as informed, as when it is said that *motion is the act of a mobile thing, just as light is the act of that which is transparent*.<sup>65</sup> Now it is in this way that the soul is said to be the act of a physical organic body, because the soul causes it to be a physical organic body, just as light makes something lucid.<sup>66</sup>

**REPLY OBJ. 16:** The essential principles of a species are not related merely to an act of existing, but to the act of existing of this particular species. Consequently, although the soul can exist of itself, it cannot be complete in its species without the body.

**REPLY OBJ. 17:** While the act of existing is the most formal of all principles, it is also the most communicable, although it is not shared in the same measure both by in-

62. Cf. Aquinas, *On Spiritual Creatures*, a. 2, ad 16; *ST* I.3.5 resp.

63. Cf. *SCG* II.68.

64. Cf. Aristotle, *Physics* 3.2, 202a7; *Metaphysics* 11.9, 1065b20–23.

65. Cf. *ST* I.76.4, ad 1; *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 14, nn. 421–22; Aristotle, *On the Soul* 2.1, 412b25–413a3.

66. Cf. Aristotle, *Metaphysics* 7.4–5, 1030b14–1031a14; Aquinas, *Commentary on Aristotle's On the Soul*, bk. 2, lect. 1.

et superioribus communicetur. Sic ergo et corpus esse animae participat, sed non ita nobiliter sicut anima.

**AD OCTAVUM DECIMUM** dicendum quod quamvis esse animae sit etiam quodammodo corporis, non tamen corpus attingit ad esse animae participandum secundum totam suam nobilitatem et virtutem. Et ideo est aliqua operatio animae in qua non communicat corpus.

ferior beings and by superior ones. Hence, the body shares in the soul's act of existing, but not as perfectly as the soul does.

**REPLY OBJ. 18:** Although the soul's act of existing belongs in a certain measure to the body, the body does not succeed in sharing in the soul's act of existing to the full extent of its perfection and actuality. Therefore, the soul has an operation in which the body does not share.